HIERONYMUS
Saint-Amand, Wende 8./9. Jh. Seite 153
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Non mittebam prophetas et ipse currebant non loquebar ad eos
et ipse prophetabant si steterissent in consilio meo et nota
fecissent uerba mea populo meo auertissem utique eos a uia sua mala
et a pessimis cogitationibus suis; hunc sensum et apostolus expli
cat ad romanos et sicut non probauerunt habere dn̄m in notitiam
tradidit eos ds̄ in reprobum sensum ut faciant quae non conueniunt.
repletus omni iniquitate maliciam fornicatione nequitia auaritia
et ceteris. Cum enim semel se tradiderint falsi doctores mendaciis
ad que periuriis et mortibus deceptorum non pede tantum nec consi
derato gradu sed precipitis corruunt ad interitum et suum et eorum
quos deceperint nec loquitur eis dn̄s sed ipsi loquuntur quasi ex ore dn̄i.
De quibus et dicitur si steterissent in consilio meo hoc est si me uoluissent
ad quiescere uoluntati et nota fecissent uerba mea populo meo
non blandientes eis et adolacione perdentes ut dicerent non habe
tis peccata perfectam iustitiam possederis sanctitas et puditia ad
que iustitia in nobis tantummodo reperitur et ego non tradedis
semeo si in mundiciam et ignominiam ut facerent quae non conueni
unt et sequerentur cogitationes suas pessimas contemplemus
heretico quomodo semel disperantes salutem gules et radant et desperantes salutem.
et deliciis uescantur carnibus frequentes adeant balneas musco fla
grent unguentis uariis delibati querant corporum. pulchritudi
nem semel enim futura non sperant nec credunt in resurrectionem
quod cum sermone non pandant ostendunt operibus si enim crederent
ista non facerent et in hoc loco ubi scribtum. ē. si steterissent in consi
lio meo aquila symmacus et theodocio. et LXX. ut supra similiter
transtulerunt;

Num quid ds̄ e uicino ego sum dicit dn̄s et non ds̄ de longe si occul rq̄.
tabitur uir in absconditis et ego non uidebo eum dicit dn̄s
Num quid non caelum et terra ego impleo dicit dn̄s
LXX. ds̄ ad propinquans ego dicit dn̄s et non ds̄ de longe
si absconditur homo in absconditis et ego non uidebo eum dicit dn̄s.